Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8259
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et potus fellis fixa est intus in corde suo. Viuit dominus
filij mortis estis uos qui interfecistis dominum nostrum
regem. Vidi multitudinem angelorum uolantium
per medium celi uoce magna clamantium et dicenti
um. Viuit dominus. Benedictiones. Iube domine benedicere.
Arma regis immortalis nos protegant ab omnibus
malis. Amen. De eadem epistola. lectio.
Sane propter kmm in xpo filij nostri karuli
romanorum et bohemie regis illustri nobis
nuper exposito. quod ipse inter sacras reliquias.
que imperiales vulgariter nuncupantur quem
tanquam preciosissimus imperij romam thesa
rus conseruerunt per romanum regem seu impera
torem qui est pro tempore conseruari ac reueren
dissime honorari. Habet in sua custodia
predictam sacratissimam lanceam nec non unum
ex clauis predictis. prout predecessores sui clare
memorie katholici romanorum reges seu
imperatores etiam habuerunt. Et quod ad ipsas